

Universitätsbibliothek Wuppertal

M. Tullii Ciceronis Orationes diligentius recognitae & aptiore serie repositae

Cicero, Marcus Tullius

Lutetiae Paris, 1522

De lege agraria contra P. Servilium Rullum tribunum pl. ad populum.
Oratio.XVI.

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-431](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-431)

De leg. Agra. contra Kul. Fo. CXVI.

deos immortales colligite vos Tribuni plebis: deferite eos, a quibus, nisi prospicitis, breui tempore deseremini: conspirate nobiscum, consentite cum bonis, communi Reipublicae, communi studio, atque amore defendite. multa sunt occulta Reipublicae, vulnera, multa nefariorum civium perniciosa consilia, nullum externum periculum est: non rex, non gens vlla, non natio pertimescenda est: inclusum malum, intestinum, ac domesticum est. huic pro se quisque nostrum mederi, atque hoc omnes sanare velle debemus. Erratis si senatum probare ea, quae dicuntur a me, putatis: populum autem esse in alia voluntate, omnes, qui se incolumes volent, sequentur auctoritatem consulis soluti a cupiditatibus, liberi a delictis, cauti in periculis, non timidi in contentionibus. Quod si quis vestrum spe ducitur, se posse turbulenta ratione honori velificari suo, primum me consule id sperare desistat, deinde habeat me ipsum sibi documento, quem equestri ortum loco consulem videt, quae vitae via facillime viros bonos ad honorem dignitatemque perducatur. Quod si vos vestrum mihi studium P. C. ad communem dignitatem defendendam profiteremini, perficiam profecto id, quod maxime Respublica desiderat, ut huius ordinis auctoritas, quae apud maiores nostros fuit, eadem nunc longo intervallo Reipublicae restituta esse videatur.

Cōspirare.

Velificari honori.

DE LEGE AGRARIA CONTRA P. SERVILIVM RVLLVM TRIBVNVNVM PL. AD POPVLVM. ORATIO. XVI.



St hoc in more positum Quirites, institutumque maiorum, ut ii, qui beneficio vestro imagines familiae suae consecuti sunt, eam primam habeant conditionem, qua gratia beneficii vestri cum suorum laude coniungant, qua in oratione nonnulli aliqui digni maiorum loco reperiunt, plerique autem hoc perficiunt, ut tantum maioribus eorum debitum esse videatur, unde, etiam quod posteris solueretur, redundaret. mihi quidem apud vos de meis maioribus dicendi facultas non datur: non quod non tales fuerint, quales nos illorum sanguine creatos, disciplinisque institutos videtis: sed quod laude populari, atque honoris vestri luce caruerunt. de me autem ipso vereor, ne arrogantis sit apud vos dicere: ingrati, tacere, nam de quibus studiis hanc dignitatem consecutus sum, memetipsum commemorare perquam graue est, & silere de tantis vestris beneficiis nullo modo possum: quare adhibebit a me certa ratio moderatioque dicendi, ut quid a vobis acceperim, commemorem: quare dignus vestro summo honore, singularique iudicio sum, ipse modice dicam, si necesse erit: vos eosdem existimatos putem, qui iudicauistis. Me perlongo intervallo prope memoriae, temporumque nostrorum primum hominem novum consulere fecistis: & eum locum, quem nobilitas praesidiis firmatum, atque omni ratione obvallatum tenebat, me duce rescidistis, virtutisque in posterum patere voluistis. neque me tantummodo consulere, quod est ipsum per se amplissimum, sed ita fecistis, quomodo pauci nobiles in hac ciuitate consules facti sunt, nouum ante me nemo. nam praefecto si recordari volueritis de nouis hominibus, reperietis, eos, qui sine repulsa consules facti sunt, diuturno labore, atque aliqua occasione esse factos, cum multis annis post petissent, quam praetores fuissent, aliquanto serius, quam per etatem, ac per leges liceret, qui autem anno suo petierint, sine repulsa non esse factos, me esse unum ex omnibus nouis hominibus, de quibus meminisse possumus, qui consulatum petierim, cum primum licitum sit: consul factus sum, cum primum petierim, ut vester honos ad mei temporis diem petitus, non ad alienae petitionis occasionem interceptus, nec diuturnis precibus efflagitatus, sed dignitate impetratus esse videatur. Est illud amplissimum, quod paulo ante commemoravi Quirites, quod hoc honore ex nouis hominibus primum me multis posthabitis affecistis, quod prima petitione, quod anno meo, sed tamen magnificenter atque ornate esse illo nihil potest, quod meis comitiis non tabellam indicem tacitae libertatis, sed vocem unam praeparatam vobis indicem vestrarum erga me voluntatum, ac studiorum tulistis. itaque me non extrema tribus suffragiorum, sed primi illi vestri concursus: neque singulae voces praekonum, sed una voce uniuersus populus Romanus consulere declarauit. Hoc ego tam insigne, tam singulare vestrum beneficium Quirites, cum ad animi mei fructum, atque letitiam duco esse praemagnam, tum ad curam, sollicitudinemque multo maius, versantem enim Quirites in animo meo multae, & graues cogitationes, quae mihi nullam praeter neque diurnae, neque nocturnae quietis impartiuert. primum tuum consulatum, quae cum omnibus est difficilis, & magna ratio, tum vero mihi praeter ceteros, cui errato nulla venia, recte facto exigua laus, & ab inuis expressa proponitur, non dubitanti fidele consilium, non laboranti certum subsidium nobilitatis ostenditur. Quod si solus in discrimen aliquod adduceret, ferre Quirites animo aequo

Quae beneficia Cicero a populo Romano accepit.

Inueniuntur

Inueniuntur

Oratio

Antetuleri
tis,

Excellētes
gratię.

Popularis.

Pax.
Libertas.
Otium,

Infinuare i
sermonem.

Capillatior

re. sed mihi videntur certi hoīes, si qua in re me nō modo cōsilio, verū etiā casu lapsū eē ar
bitrabunt, vos vniuersos, q̄ me antetuleritis nobilitati, vituperaturi. mihi autē Quirites oīa
potius p̄petiēda esse duco, q̄ nō ita gerēdū cōsulatū, vt in oīb⁹ meis factis, atq; cōsiliis, vestrū
de me factū, cōsiliūq; laudet. Accedit etiā ille mihi summus labor, ac difficillima ratio cōsu-
latus gerendi, q̄ nō eadē, qua supiorib⁹ cōsulib⁹, lege, & cōditione vrēdū esse decreui: q̄ aditū
huius loci, cōspectumq; vestrum partim magnopere fugerūt, partim non vehementer secuti
sunt. ego autē nō solū hoc in loco dicā, vbi est id dictū facillimū: sed in ipso Senatu, in quo ef-
se locus huic vocī nō videbat, popularē me futurū esse Cōsulē, prima mea illa oratione Cal.
Ianuarii dixi. neq; n. vllō modo facere possum, vt cū me intelligā nō hoīm potētū studio, nō
excellētib⁹ gratiis paucorū, sed vniuersi populi Ro. iudicio cōsulē ita factū, vt nobilissimis
hoīb⁹ lōge p̄poneretur, nō & in hoc magistratu, & in oī vita essem popularis. Sed mihi ad hu-
iusce verbī vim, & interpretationē vehemētē opus est vestra sapientia. versat em̄ magn⁹ er-
ror p̄pter insidiosas nōnullox simulationes: qui cum populū nō solū cōmoda, verū etiā salu-
tē oppugnāt, & impediūt, oratiōe assequi volūt, vt populares esse videant. Ego qualē Calen.
Ianuarii acceperim Rēp. Quirites intelligo, plenā sollicitudinē, plenam timoris: in qua nihil
erat mali, nihil aduersi, qd̄ nō boni metuerent, improbi expectarēt. oīa turbulēta cōsilia cō-
tra hūc Rēp. statū, & cōtra vestrū otīū, partim iniri, partim nobis Cōsulib⁹ designatis inira
esse dicebant. sublata erat de foro fides, non ictū aliquo nouę calamitatis, sed suspitiōe, ac per-
turbatione iudiciorū, infirmatione rerū iudicatarū: nouę dominationes, extraordinaria non
imperia, sed regna queri putabant. Quę cū ego nō solū suspicarer, sed plane cerne: neq; em̄
obscure gerebant: dixi in Senatu, in hoc magistratu me popularē Cōsulē futurū, quid. n. est
tā populare, q̄ pax: qua nō modo ii, quibus natura sensum dedit, sed etiā tecta, atq; agri mihi
letari vident. quid tam populare, q̄ libertas: quā non solū ab hoīb⁹, verū etiā a bestiis expe-
ti, atq; omnibus reb⁹ anteponi videtis. quid tam populare, q̄ otīū: qd̄ ita iucundum est, vt &
vos, & maiores vestri, & fortissimus quisq; vir, maximos labores suscipiendos putet, vt aliqñ
in otio possit esse, p̄sertim in imperio, ac dignitate. qui idcirco etiam maiorib⁹ nostris p̄cipuā
laudem, gratiamq; debemus, q̄ eorum labore est factū, vt impune in otio esse possemus. Qua-
re q̄ possum nō esse popularis: cū videā hęc oīa Quirites, pacē externā, libertatē p̄pria gene-
ris, ac noīs vestri, otīū domesticū, deniq; oīa, q̄ vobis chara, atq; ampla sunt, in fidē, & quodā
modo in patrociniū mei cōsultatus esse collata: Neq; em̄ Quirites illud vobis iucudū, aut po-
pulare debet videri, largitiō aliqua pmulgata, q̄ verbis ostētari pōt, re vera fieri, nisi exhau-
sto arario, nullo pacto pōt, neq; vero illa popularia sunt existimāda, iudiciorū perturbatiōes,
rerum iudicatarum infirmationes, restitutio damnatorū, qui ciuitatū afflictarū perditis iā re-
bus extremi exitiorū solent esse exitus. neq; si qui agros populo Ro. pollicent, si aliud qddā
obscure moliant, aliud spē ac specie simulationis ostentāt, populares existimandi sunt. Nā ve-
re dicam Quirites, genus ipsum legis Agrarię vituperare non possum. venit em̄ mihi in mē-
tem, duos clarissimos, ingeniosissimos, amātissimos plebis Romanę viros, Tiberiū & C. Grac-
chos, plebem in agris publicis cōstituisse, qui agri a priuatis antea possidebant. non sum autē
ego is Consul, qui vt pleriq; nefas esse arbitrer, Gracchos laudare: quorū cōsiliis, sapientia,
legibus, multas esse video Rēp. partis constitutas. itaq; vt initio mihi designato consuli nū-
ciabatur, legem Agrariam Tribunos Pl. designatos cōscribere, cupiebā quid cogitarēt, cogno-
scere. etenim arbitrabar, quoniam eodem anno gerendi nobis essent magistratus, esse aliquā
oportere inter nos bene administrandę Rēp. societatem. Cum familiariter me in eorum ser-
monem infinuarem, ac darem, celabar, excludebar. & cum ostenderē, si lex utilis plebi Roma-
næ mihi videretur, auctorem me, atq; adiutorem futurum, tamen aspernabantur hanc libe-
ralitatem meam, negabant me adduci posse, vt vllam largitiōem probarem. finem feci offe-
rendi mei, ne forte mea sedulitas, aut insidiosa, aut impudens videret. Interea non desistebāt
clam inter se conuenire, priuatos quosdam adhibere, ad suos cœtus occultos noctem adiun-
gere, & solitudinem. quibus rebus, quanto in metu fuerimus, ex vestra sollicitudine, in qua
illis temporibus fuistis, facile assequi coniectura poteritis. Incunt tandem magistratus Tri-
buni plebis: concio tandem expectata P. Rulli, q̄ & princeps erat Agrarię legis, & tru-
culentius se gerebat, q̄ ceteri. iam designatus alio vultu, alio vocis sono, alio incessu es-
se meditabatur, vestitu obsoletiore, corpore inculto, & horrido, capillatior q̄ ante, bar-
bag; maiore, vt oculis, & aspectu denunciare omnibus vim Tribunitiam, & minitari Rēp.

De leg. Agra. contra Kul. Fo. CXVII.

videretur. legem hominis, concionēq; expectabā: lex initio nulla pponit. cōcionem in primis aduocari iubet. summa cū expectatione cōcurrat. explicat orationē sane longā, & verbis valde bonis. vnū erat qd mihi vitiosum videbat, qd tāta frequētia inueniri nemo potuit, qd intelligere posset, qd diceret. hoc ille vtrū insidiarū causa fecerit, an hoc genere eloquētie deletur, nescio. tamē si q acutiores in cōcione steterāt, de lege Agraria nescio qd voluisse eum dicere suspicabant. aliquādo tandē me designato lex in publicū pponit: cōcurrūt iussu meo plures vno tēpore librarii, descriptā legē ad me afferūt. omni hoc vobis ratione confirmare possum Quirites, hoc animo me ad legendā legē, cognoscendāq; venisse, vt si eā vobis accōmodatā, atq; vtilē esse intelligerē, auctor eius, atq; adiutor essem. nō em̄ natura, neq; dissidio, neq; odio penit' isto bellū nescio qd habet susceptū Cōsulat' cū Tribunatu, qd p̄ sepe seditio sis, atq; iprobis Tribunis Pl. boni & fortes cōsules obstiterūt, & qd vīs Tribunitia nōnūq; libi dīni restitit cōsulari. nō potestātū dissimilitudo, sed animorū disiunctio dissensionē facit. Ita qd hoc animo legē sumpsī in manus, vt eā cuperē esse aptā vestris cōmodis, & eiusmodi, quā consul re, nō oratione popularis, & honeste, & libēter posset defendere. Atq; ego a primo capite legis vsq; ad extremū reperio Quirites, nihil aliud cogitatū, nihil aliud susceptū, nihil aliud actū, nisi vti decē reges arariū, vectigaliū, puinciarū omniū, totius republice, regnorū, liberorū populorū, orbis deniq; terrarū domini constituerent, legis Agrarie simulatione, atq; nomine. sic cōfirmo Quirites, hac lege Agraria pulchra, atq; populari, dari vobis nihil, cōdonari certis hominib' oīa, ostēdari Populo Romano agros, eripi etiā libertatē, priuatorum pecunias augeti, publicas exhauriri: deniq; qd est indignissimū, p̄ tribunū Pl. quē maiores p̄si dem libertatis, custodēq; esse voluerūt, reges in ciuitate cōstitui. quē cū exposuero, si falsa vobis videbuntur esse, sequar auctoritatē vestrā, mutabo meā sententiā. sin insidias fieri libertati vestre, simulatione largitionis intelligetis, nolitote dubitare plurimo sudore, & sanguine maiorū vestrorū partā, vobisq; traditā libertatē, nullo vestro labore cōsule adiutore defendere. Primū caput est legis Agrarie, quo, vt illi putāt, tētamini leuiter, quo animo libertatis vestre diminutionē ferre possitis. iubet em̄, Tribunū Pl. qd eā legē tulerit, creare decēuiros per tribus septē decē, vt quē nouē tribus fecerint, is decemuir sit. Hic quēro, quā ob causam initium rerū, ac legū suarū hinc duxerit, vt populus Ro. suffragio priuaret: toties legibus Agrariis curatores cōstituti sunt, triūuiri, quinqueuiri, decēuiri: quēro a populari Tribuno Pl. ecquādo nisi p̄ XXXV. tribus creati sint: etem̄ cū oēs potestates, imperia, curatio- nes, ab vniuerso populo Ro. p̄fici cōuenit, tū eas p̄fecto maxime, qd constituunt ad populū fructū aliqū, & cōmodū: in quo & vniuersi deligāt, quē populo Ro. maxime cōsulturū putent: & vnusquisq; studio, & suffragio suo viā sibi ad beneficiū impetrandum munire possit. hoc Tribuno Pl. potissimū venit in mentē, Populum Ro. vniuersum priuare suffragiis, partem tribus nō certa cōditione iuris, sed sortis beneficio fortuito, ad vsurpandā libertatē vocare. Itē inqt eodēq; modo capite altero, vt comitiis Pōtificis Maximī. Ne hoc quidē vidit, maiores nostros tā fuisse populares, vt qd p̄ populū creati fas nō erat p̄pter religionē sacrorum, in eo tamē p̄pter amplitudinē sacerdotiū voluerint populo supplicari. atq; hoc idē de ceteris sacerdotiis Cn. Domitius Tribunus Pl. vir clarissimus tulit, qd populus p̄ religionē sacerdotia mādare nō poterat, vt minor pars populū vocaret: ab ea parte qd esset factus, is a collegio cooptaret. Videte qd intersit inter Cn. Domitiū Tribunū pl. hominē nobilissimū, & P. Rullū, qd tentauit vt opinor patientiā vestrā, cū se nobilē esse diceret. Domitius qd p̄ ceremonias populū fieri non poterat, ratione assecutus est, vt id, quoad posset, quoad fas esset, quoad liceret, populū ad partes daret. hic qd populū p̄priū semp fuit, qd nemo imminuit, nemo immutauit, quin ii qd populo agros essent assignaturi, ante acciperēt a populo beneficiū qd darent, id totum eripere vobis, atq; e manibus extorquere conatus est. Ille qd dari populo nullo modo poterat, tamē quodā modo dedit. hic qd adimī nullo pacto poterat potestate, quadā ratione eripere conat'. Queret qsp̄iā in tāta iniuria, tātaq; impudētia qd spectarit: non defuit cōsiliū. fides erga plebē Romanā, & iustas in vos, libertatēq; vestrā vehemēter defuit. iubet em̄ comitia decēuiris habere creādis eū, qd legē tulerit. hoc dicā planius, iubet Rullus, homo nō cupidus, neq; appetēs, habere comitia Rullum. nōdū reprehēdo: video fecisse alios, illud, qd nemo fecit, de minore parte populū, quo p̄tineat videte. habebit comitia. volet eos denūciare, qbus regia potestas hac lege q̄rit. vniuerso populo neq; ipse cōmittit, neq; illi horum consiliorum auctores committi recte putant posse. fortietur Tribus idē Rullus homo

Librarii.

Trib. ple.

Curatores.

Lex Cōsul.

Lex Cōsul.

Lex Trib.

Oratio

felix, educet quas volet tribus: quos nouē tribus decēuiros fecerint, ab eodē Rullo educta, hos omniū rerū (vt iā ostēdā) dominos habebimus. atq; ii, vt grati, ac memores beneficii esse videant, aliqd se nouē tribuū notis hoib⁹ debere cōfitebunt, reliqs vero sex & .XX. tribubus nihil erit, qd non putēt posse suo iure denegare. Quos tādē igit decēuiros creati vult: se primū, q licet: leges em sunt veteres, neq; ea cōsulares, si qd interesse hoc arbitramini, sed tribunitie, vobis, maioribusq; vestris vehemēter grate, atq; iucūde. Licinia est lex, atq; altera Ebutia: q nō modo eū, q tulerit de aliqua curatione, ac potestate, sed etiā collegas ei⁹, cognatos, affinis excipit, ne eis ea potestas, curatiove mādeat. etem si populo consulis, remoue te a suspitione alicui⁹ tui cōmodi: fac fidē te nihil nisi ppli vtilitatē, & fructū q̄rere: sine ad illos potestatē, ad te gratiā beneficii tui puenire. nā hoc quidē vix est liberi populi, vix vestrorū animorū, ac magnificētie, quis legē tulit: Rullus. quis maiorē partē populi, suffragiis priuauit: Rullus. qs comitiis p̄fuit: quis tribus, quas voluit, vocauit nullo custode sortitus: quis decēuiros, quos voluit, renūciauit: idē Rullus. quē principē renūciauit: Rullum. vix mehercule seruis hoc eū suis, nō vobis omniū gētiū dominis pbaturum arbitrarer. Optime leges igitur hac lege sine vlla exceptione tollent, idē legis sibi sua lege curationē petet: idē maiore parte populi suffragiis spoliata, comitia habebit: quos volet, atq; in iis se ipsū renūciabit: & videlicet collegas suos adscriptores legis Agrarię, nō repudiabit, a quibus ei locus primus inuidie, in p̄scriptione legis cōcessus est: ceteri fructus omniū rerū, q in spē legis huius positi sunt, cōmuni cautione, atq; æqua sibi parte retinent. At videte hoīs diligētiam, si aut Rullum cogitasse, aut si Rullo potuisse in mētē venire arbitramini, viderūt ii, q hęc machinabantur, si vobis ex omni populo deligēdi potestas esset data, quęcūq; res esset, in qua fides, integritas, virtus, auctoritas quēreret, vos eā sine dubitatione ad Cn. Pōpeiu principem delaturos. etem quē vnū ex cunctis delegissetis, vt eū omnib⁹ omniū gentium bellis, terra, & mari p̄poneretis, certe in decēuiris faciēdis, siue fides haberet, siue honos, & committi huic optime, & ornari hūc iustissime posse intelligebāt. itaq; excipit hac lege, nō adolescentia, nō legitimū aliquod impedimentū, nō potestas, nō magistratus vllus aliis negotiis, ac legib⁹ impeditus, reus deniq; quo minus decēuir fieri possit. p̄sentē eū p̄fiteri iubet. qd nulla alia in lege vnq; fuit, ne in his quidē magistratibus, quorū certus ordo est. x siue accepta lex esset, illum sibi Collegā ascriberetis custodē ac vindicē cupiditatū. Hic, quoniā video vos hoīs dignitate, & cōtumelia legis esse cōmotos, renouabo illud, qd initio dixi, regnū cōparari, libertatem vestrā hac lege funditus tolli. An vos aliter existimabatis: cū ad oīa vestra pauci homines cupiditatis oculos adiecissent, nō eos in primis id acturos, vt ex omni custodia vestre libertatis, ex omni potestate, curatione, patrociniō, vestrorū cōmodorū, Cn. Pompeius depelleretur: Viderūt, & vident, si p̄ imprudentiā vestrā, negligentia meā, legē incognitā acceperitis, fore vti postea cognitis insidiis, cū decēuiros crearetis, tū vitiis oībus & sceleribus legis, Cn. Pōpeii p̄sidiū opponendū putetis. & hoc parū argumentū vobis erit, a certis hominibus dominationē, potestatēq; omniū rerū queri: cū videatis eū, quē custodē vestre libertatis fore videant, expertē fieri dignitatis. Cognoscite nūc quē potestas decēuiris, & quāta deē. Primum lege Curiata Decemuiros ornat. Iam hoc inauditū, & plane nouo more, vt i Curiata lege magistratus detur, cui nullis comitiis ante sit datus. Eā legē ab eo Prētorē q sit primus factus, ferri iubet. at quomodo: vt ii decēuiratū habeant, quos plebs designauerit, oblitus est, nullos a plebe designari. & is orbē terrarū constringit nouis legibus, qui qd in secūdo capite scriptū ē, nō meminit i tertio. Atq; hic p̄spiciū est, qd iuris a maiorib⁹ acceperitis, qd ab hoc Tribuno Pl. vobis relinquat. maiores de oīb⁹ magistratib⁹ bis vos sententiā ferre voluerūt. nā cēturiata lex Cēsorib⁹ ferebat: cū Curiata ceteris patriciis magistratib⁹: tū iterū de eisdē iudicabat, vt eēt rep̄hēdēdi potestas, si populū bñficii sui poeniteret. nūc qa prima illa comitia tenetis, cēturiata, & tributa: cūriata tātū auspicioꝝ causa remāserūt. hic aut Tribun⁹ Pl. quia videbat potestatē neminē iniussu populi, aut plebis posse habere, cūriatis ea comitiis q vos non finitis, confirmauit: tributa, quē vestra erant, sustulit. Ita cum maiores binis comitiis voluerint vos de singulis magistratibus iudicare, hic homo popularis ne vnam quidē populo comitorum potestatē reliquit. Sed videte hominis religionē, & diligentiā, vidit, & perspexit, sine Curiata lege decemuiros habere potestatē nō posse, quoniā per nouem tribus essent cōstituti. iubet ferre de his legē centuriatā. Prētori imperat, q id ipsum absurde, nihil ad me attinet. Iubet em q primus sit Prētor factus, eū legē cūriatā ferre. sin is ferre nō possit,

Lex Curiata

Lex Centuriata.

Lex Tributa.

De l
qui postrem
qd est aut ita
gionem hoīs
ea lata nō
fieri potest
comitiis imp
re: quonij q
a populo eff
nascunt, vt r
berrasq; toll
riatantē erēt
Tribunorū
bunus Pl. le
hendendū
si legē Curi
etiā si inter
veret inter
catura sit, n
gis, neq; ill
bratis, cōsti
mentis affi
cii colonia
tres viri le
ipla cōmot
æquitate, a
tas, esse op
facit sempit
ornat appa
supellectil
tos in anno
Formā ad
iplam pot
sunt hęc
priuat⁹ fr
lerantiā r
de vestris
tio sine cō
de Cōsulib
petere liceb
magno pot
plere liceat
rum sum
prio, iudic
sillis abduc
tant: ratē s
cum ego h
non si min
regu oīa,
ignorata
bus vend
hoc tū et
scribi ne
dor esse
denda ce

De leg. Agr. contra Kul. Fo. CXVIII.

qui postremus sit: ut aut iussisse in tantis rebus, aut profecto nescio quid spectasse videatur. Verum hoc quod est aut ita perversum, ut ridiculum, aut ita malitiosum, ut obscurum sit, relinquamus, ad religionem hominis revertamur. Videt sine lege Curiata nihil agi per decem viros posse, quid postea, si ea lata non erit: attendite ingenium, tum si Decemviri, inquit, eodem iure sint, quo quod optima lege, si hoc fieri potest, ut in hac civitate, quam longe iure libertatis ceteris civitatibus antecellit, quam nullis comitiis imperium, aut potestatem assequi possit, quod attinet tertio capite legem Curiatam ferre iubere: quoniam quarto permittas, ut sine lege Curiata idem iuris habeant, quod haberent, si optima lege a populo essent creati: Reges constituunt, non Decemviri Quirites, itaque ab initiis, fundamentisque nascuntur, ut non modo cum gerere coeperint, sed etiam cum constituentur, omne vestrum ius, potestas, libertasque tollatur. At videte quam diligenter retineat ius tribunitiae potestatis. Consulibus legem Curiatam ferentibus, a Tribunis plebis sepe est intercessum, neque tamen nos id querimus, esse hanc Tribunorum Plebis potestatem: tantummodo si quae ea potestate temere est usus, existimamus, hic Tribunus Plebis lege Curiata, quam praetor ferat, adimit intercedendi potestatem, atque hoc cum in eo reprehendendum est, quod per Tribunum Plebis Tribunitia potestas minuitur, tum in eo deridendum, quod Consul, si legem Curiatam non habet, attingere rem militarem non licet: huic, cui vetat intercedendi potestatem, etiam si intercessum sit, tamen eandem constituit, quam si lata esset lex: ut non intelligam, quare aut hic vetet intercedere, aut quoniam intercessurum putet, cum intercessio stultitiam intercessoris significatura sit, non rem impeditura. Sint igitur decemviri neque veris comitiis, hoc est populi suffragiis, neque illis ad speciem, atque ad usurpationem vetustatis per XXX. lictores auspicio rum causa adhibitis, constituti, videte nunc eos qui a vobis nihil potestatis acceperint, quanto maioribus ornamentis afficiat, quam omnes nos affecti sumus, quibus vos amplissimas potestates dedistis. Iubet auspicii coloniarum deducendarum causa decem viros habere pullarios, eodem iure, inquit, quo habuerunt tres viri lege Sempronia. Audes etiam Rulle mentionem facere legis Semproniae: nec te ea lex ipsa commouet: talis viros illos, XXXV, tribuum suffragio esse creatos: & cum tu a Ti. Gracchi aequitate, ac pudore longissime remotus sis, id quod dissimillima ratione factum sit, eodem iure putas, esse oportere: Dat praeterea potestatem verbo Praetoria, re vera regia, definit in quinquennium, facit sempiternam, tantis enim confirmat opibus, & copiis, ut inuitis eripi nullo modo possit. deinde ornat apparitoribus, scribis, librariis, praecoribus, architectis, praeterea mulis, tabernaculis, ceteris, suppellectili, sumptum haurit ex aerario, suppeditat a sociis, Ianitores ex equestri loco ducendos in annos singulos, stipatores corporis constituit, eosdem ministros, & satellites potestatis. Formam adhuc habetis Quirites, & speciem ipsam Tyrannorum, insignia videtis potestatis, nondum ipsam potestatem, dixerit enim fortasse quispiam, quod me ista ledunt: scriba, licitor, praecor, pullarius: omnia sunt haec huiusmodi Quirites, ut ea quae habeat sine vestris suffragiis, aut rex non ferendus, aut prius furiosus esse videatur, perspicite quanta potestas permittatur: non priuatorum insaniam, sed intolerantiam regis esse dicetis. Primum permittit infinita potestas innumerabilis pecuniae conficiende de vestris vectigalibus non fruendis, sed alienandis, deinde orbis terrarum, gentiumque omnium dat cognitio sine consilio, poena sine provocatione, animadversio sine auxilio, iudicare per quinquennium, vel de Consulibus, vel de ipsis Tribunis Plebis, poterunt, de illis interea nemo iudicabit, magistratus his petere licebit, causam dicere non licebit: emere agros a quibus volent, vel quos volent, quam volent magno poterunt: colonias deducere novas, renovare veteres, totam Italiam suis coloniis ut complere liceat, permittit: omnes provincias obeundi, liberos populos agris mulctandi, regnum vel dadorum summa potestas dat: cum velint, Romae esse: cum commodum sit, quacumque velint summo cum imperio, iudicioque omnium rerum vagari ut liceat, concedit, interea dissolvat iudicia publica: de consiliis abducant, quos velint: singuli de maximis rebus iudicent: quaestori permittant: finitorem mittant: ratum sit quod finitor vni vlli, a quo missus erit, renunciauerit. Verbum mihi deest Quirites, cum ego hanc potestatem regiam appello, sed profecto maior est quam quaedam, nullum enim regnum fuit unquam, quod non si minus iure aliquo, at regionibus tamen certis, contineret, hoc vero infinitum est: quo & regna omnia, & vestrum imperium, quod latissime patet, & ea, quae partim libera a vobis, partim etiam ignorata vobis sunt, permittit legis continent. Dat igitur eis, primum ut liceat eis vendere omnia, de quibus vendendis Senatusconsulta facta sunt M. Tullio, Cn. Cornelio consulibus, aut postea, cur hoc tam est obscurum, atque caecum: quid ista omnia, de quibus senatus censuit, nominatim in lege per scribi nonne potuerunt: Duae sunt huius obscuritatis causae Quirites, una pudoris, si quis pudor esse potest in tam insigni impudetia, altera sceleris, nam neque ea, quae Senatus nominatim vendenda censuit, audet appellare, sunt enim loca publica vobis, sunt sacella, quae post restitutam

Ad speciem
vetustatis,

Ianitores.

Finitor.

Sacella.

Oratio

Partim.
Gaurus
mons,
Hercula-
nea via.

¶ hoc capi-
te.

*
Creuimus
hereditatē.
Mitylenā.

Cursus cu
currerunt.

tribunitiā potestātē nemo attigit: q̄ maiores in vrbe partim, piculi pfugia esse voluerūt. hęc lege tribunitia decemuirū vendent. accedit eo mons Gaurus, accedent salicta ad Minturnas, adiungeť etiā illa via vendibilis Herculanea multarū delictiarū, & magnę pecunię, permulta alia, q̄ Senatus ppter angustias arariū vendēda censuit, Cōsules ppter inuidiā non vendiderunt. Verū hęc fortasse ppter pudorē in lege reticentur. sed illud magis est credendū, & per timescendum, q̄ audacię decemuirali, corrupendarū tabularū publicarū, fingendorūq̄ Senatusconsultorū, q̄ facta nūq̄ sunt, cū ex eo numero, q̄ p eos annos Consules fuerūt, multi mortui sint, magna potestas permittit. nisi forte nihil est aquū vos de eorum audacia suspicari, quorū cupiditati nimium angustus orbis terrarū esse videat. Habetis vnū venditionis genus, qđ magnū videri vobis intelligo, sed attendite animos ad ea, q̄ consequunt. hūc quasi gradum quendā atq̄ aditū ad cetera iactū intelligetis. QVI AGRI, QVAE LOCA, AEDIFICIA. quid est p̄terea: multa in mācipiis, in pecore, auro, argēto, ebore, veste, supellectili, ceteris reb⁹. Quid dicā: inuidiosum putasset hoc fore, si oīa nominasset: Nō metuit inuidiā, quid ergo! lo- gum putauit, & timuit, ne qđ p̄teriret. adscripsit: ALIVDVE QVID. qua breuitate rem nullam esse exceptā videtis. Quicqđ ergo sit extra Italiā, qđ publicum populi Ro. factū sit L. Sylla, Q. Pōpeio cōsulibus, aut postea, id Decēuiros iubet v̄dere. ¶ hoc caput Quirites, om̄is gentes, nationes, puincias, regna, decemuirū ditioni, iudicio, potestatiq̄ pmissa, & condonata esse dico. Primū hoc q̄ro, qui tandē locus vsq̄ sit, quē nō possint Decēuirī dicere publicū Populi Ro. esse factū: nā cū idē possit iudicare q̄ dixerit, qđ est, qđ nō liceat ei dicere, cui non liceat idē iudicare: Cōmodū erit Pergamū, Smyrnā, Thrallis, Ephesum, Miletū, Cyzicū, totam deniq̄ Asiā, q̄ post L. Syllam, Q. Pōpeiu cōsul. recuperata sit, Populi Ro. factā esse dicere. vtrū oratio ad eius rei disceptationē deerit: an cū idē & differet, & iudicabit, impelli non poterit, vt falsum iudicet: an si cōdemnare Asiā volet, terrorē damnationis, & minas nō quāti volet aestimabit? Quid q̄ disputari cōtra nullo pacto potest: quoniā statutū a vobis est, & iudicatum, quā hereditatē iam creuim⁹. Regnū Bithynię quod certe publicū est Populi Ro. factū, nū quid causā est, quin oēs agros, vrbes, statiuā, portus, totā deniq̄ Bithyniā decēuirī v̄dituri sint: qđ Mitylenę: q̄ terrę vestrę Quirites belli lege ac victorię iure factę sunt: vrbs & natura, & situ, & descriptione adificiorū, & pulchritudine in primis nobilis, agri iucūdi, & fertiles, nempe eodē capite inclusi cōtinent. Quid Alexandria, cūctaq̄ Aegyptus: vt occulte latet: vt recondita est: vt furtim tota decēuiris tradit? Quis em̄ vestrū hoc ignorat: dici illud regnum testamēto Regis Alexandrini populi Ro. esse factum: Hic ego consul populi Ro. nō modo nihil iudico, sed ne quid sentiam quidem profero, magna enim mihi res nō mō ad statuendum, sed etiam ad dicendum videtur esse, video qui testamētum factum esse cōfirmet: auctoritatē Senatus extare hereditatis aditę sentio, tū quando Alexandro mortuo Legatos Tyrū misimus, q̄ ab illo pecuniā depositā, nostris recuperaret. hęc L. Philippū sepe in Senatu cōfirmasse memoria teneo. eū q̄ regnū illud teneat hoc tēpore, neq̄ genere, neq̄ animo regio esse, inter oēs fere video cōuenire. dicif cōtra nullū esse testamētū: nō oportere Populū Ro. omniū regnorū appetentē videri: demigraturos in illa loca nostros hoīes ppter agrorū bonitatem, & omniū rerū copiā, hac tanta de re P. Rullus cū ceteris decemuiris Collegis suis iudicabit: & verū iudicabit: nā vtrūq̄ ita magnū est, vt nullo modo neq̄ concedendū, neq̄ ferendum sit. Volet esse popularis, populo Ro. adiudicabit. ergo idē ex sua lege vendet Alexandriam, vendet Aegyptū: vrbs copiosissimę, pulcherrimorūq̄ agroꝝ iudex, arbiter, dominus, rex deniq̄ opulentissimi regni reperietur. Nō sumet sibi tantū, nō appetet, iudicabit Alexandria regis esse, a populo Ro. abiudicabit. primū populi Ro. hereditatē Decēuirī iudicet: cū vos volueritis de priuatis hereditatibus Centūuiros iudicare: deinde quis aget causam populi Romani: vbi res ista agetur: qui sunt isti decemuirī, quos perspiciamus regnum Alexandria Ptolemęo gratis adiudicatuos: Qz si Alexandria petebatur, cur nō eosdem cursus hoc tempore, quos L. Cotta, L. Torquato cōsul. cucurrerunt: cur non aperte vt antea: cur non itē vt cum decreto & palam regionem illam petierunt: an quieris his, qui per cursum rectum regnum tenere nō potuerūt, nūc tetrīs tenebris, & caligine se Alexandria peruenturos arbitratī sunt: Atq̄ illud circūspicite vestrīs mētib⁹, vnaq̄ * * * * * legatos nostros hoīes auctoritate tenui, q̄ rerū priuatarū causa legationes liberas obeunt, tamen extere nationes ferre vix possunt. graue est em̄ nomē imperiū, atq̄ id etiā in leui psona pertimescit. p̄terea q̄ vestro, nō suo noīe, cū hinc egressi sunt, abutunt. quid cēsetis cū isti Decē-

De leg. Agra. contra Kul. Fo. CXIX.

uiri cū imperio, cū fascibus, cū illa delecta finitorū iuuetute p orbē terrarū vagabunt! quo tādem aīo! quo metu! quo piculo miserarū nationes futuras! est in imperio terror, patient. est in aduerū sumptus, ferēt. imperabit aliqd muneris, nō recusabūt. illud vero quātū est Quirites! cū is decēuit, q aliquā in urbē aut expectatus, vt hospes, aut repēte, vt dominus venerit, illū ipsum locū, quo venerit, illā ipsam sedē hospitalē, in quā erit deductus, publicā Populi Ro. esse dicit! quāta calamitas populi, si dixerit! quantus ipsi q̄stus, si negarit! Atq̄ iidē, q̄ hęc appetit, q̄ri p̄nūq̄ solēt, oēs terras Cn. Pōpeio, atq̄ oīa maria esse p̄missa, simile vero est multa committi, & cōdonari oīa! vel labori & negotio p̄poni, an p̄de & q̄stui! mitti ad socios liberādos, an ad opprimēdos! deniq̄ si q̄s est honos singularis, nihil ne interest! vtrū Populus Ro. eū cui velit, deferat, an is impudēter populo Ro. p legis fraudē surripiat! Intellexistis quot res & quātas Decēuiri legis p̄missu vēdituri sint, nō est satis, cū sese sociorū, cū exterarū nationum, cū regū sanguine impleant, incidāt neruos populi Ro. adhibeāt manus vectigalib⁹ vestris, irrūpāt in erariū, sequit̄ em̄ caput, quo capite nō p̄mittit qdē, si forte desit pecunia, q̄ tāta ex superiorib⁹ recipi potest, vt deesse nō debeat: sed plane, quasi ea res nobis saluti futura sit, ita cogit, atq̄ imperat, vt Decēuiri vestra vectigalia vendāt nominatim. Quā tu mihi ex ordine recita de legis scripto populi Ro. auctione, quā mehercule ego p̄coni huic ipsam luctuosam & acerbā p̄dicationē futurā puto, vt in suis rebus, ita in Rep. luxuriosus nepos, q̄ prius syluas vendat, q̄ vineas, Italiā p̄cessuisti, perge in Sicilia, nihil est in hac puincia, qd̄ aut in oppidis, aut in agris maiores nostri p̄priū nobis reliquerint, quin id venire iubeat, quod partū recētī victoria maiores vobis in sociorū urbibus, ac finibus, & vinculū pacis, & monimentū belli reliquerūt, id vos ab illis acceptū hoc auctore vēdetis! Hic mihi parūper mentes vestras Quir. cōmouere videor, dū patefacio vobis, quas isti p̄nitus abstrusas insidias se posuisse arbitrat̄ cōtra Cn. Pōpei dignitatē, & mihi q̄so ignoscite, si appello talē virū sepi⁹, vos mihi Prētori biennio ante Quir. hoc eodē in loco p̄sonā hāc imposuistis, vt q̄buscūq̄ rebus possēm, illius absentis dignitatē vobiscū vna tuerer, feci adhuc q̄ potui, neq̄ familiaritate illius adductus, nec spe honoris, atq̄ amplissimē dignitatis, quā ego et si libere illo, tamē absente illo p vos consecutus sum, quāobrem cū intelligā hanc totā fere legē ad illius opes euertēdas tanq̄ machinā cōparari: & resistā cōsiliis hominū, & p̄ficiā p̄fecto, qd̄ ego video cōparari, vt id vos vniuersi nō solū videre, verū etiā tenere possitis. Iubet venire q̄ Attalensū, quae Phaselitum, quae Olympenorū fuerint, agrūq̄ Agerensem, & Orindicū, & Gedusanū, hęc P. Seruiliū imperio, & victoriā clarissimī viri vestra facta sunt. Adiūgit agros Bithyniē regios, q̄b⁹ nūc publicani fruunt, deinde Attalicos agros in Cherroneso: in Macedonia, q̄ Regis Philippi siue Perse fuerūt, q̄ itē a Censoribus locati sunt, & certissimū vectigal, adscribit idē auctioni Corinthios agros optimos & fertiles, & Cyrenēses q̄ Appionis fuerūt, & agros in Hispania p̄pter Carthaginē Nouā: & in Africa ipsam Veterē Carthaginē vendit, quā videlicet P. African⁹ nō p̄pter religionē sedū illarū ac vetustatis de cōsiliū sentētia cōsecrauit, sed vt ipse locus, eorū, q̄ cū hac vrbe de imperio certarūt, vestigia calamitatis ostēderet. Sed nō fuit tā diligēs, q̄ est Rullus, aut fortasse emporē ei loco repire nō potuit. Verū inter hos agros regios, captos veterib⁹ bellis, virtute summorū imperatorū, adiūgit regios agros Mithridatis, q̄ in Paphlagonia, q̄ in Pōto, q̄ in Cappadocia fuerūt, vt eos Decēuiri vēdāt. Ita ne vero! non legibus datis, nō auditis verbis imperatoris, nōdū deniq̄ bello cōfecto, cū Rex Mithridates amisso exercitu, regno expulsus, tū in vltimis terris aliqd etiā nūc moliat, atq̄ ab inuicta Cn. Pompei manu Meote, & illis paludibus, & itinerū angustiis, atq̄ altitudine montium defendat: cū impator in bello verset, in locis aut illis etiā nūc bellī nomē reliquum sit: eos agros, quorū adhuc penes Cn. Pōpeiu oē iudiciū, & potestas more maiorū debet esse, decēuiri vendēt! & credo P. Rullus (is em̄ sic se gerit, vt sibi iā decēuiri designatus esse videat) ad eam auctione potissimū p̄fiscetur! is videlicet, anteq̄ veniat in Pontū, literas ad Cn. Pompeiu mittet, quarū ego iā exēplū ab istis compositū esse arbitror. P. SERVILIUS RULLVS TRIBVNVS PL. DECENVIR S. D. POMPEIO CN. F. nō credo ascripturū eē Magno, nō an. videt id, qd̄ iminuere lege conat̄, cōcessur⁹ verbo. TE VOLO CVRARE, VT MIHI SI NOPE PRAESTO SIS, AVXILIVMQ VE ADDVCAS, DVM EOS AGROS, QVOS TVO LABORE CEPISTI, EGO MEA LEGE VENDAM. an Pōpeiu nō abhibebit! i ei⁹ puincia vēdet manubias Impatoris: ponite aut oculos vobis Rullū i Pōto iter v̄ra atq̄ hostiū castra hasta posita cū suis formosis finitorib⁹ auctione. Neq̄ i hoc solū inest cōtumelia, q̄

Arbitrant̄.
Personā im
posuistis.

Propter
Carthagiā
nem.

Oratio

vehementer & insignis est, & noua, vt vlla res parua bello, nondum legibus datis, etiam tum impatore bellum administrate, non modo venierit, verum etiam locata sit, plus spectat homines certe quam contumeliam. sperant si concessum sit inimicis Cn. Pompeii cum imperio, cum iudicio omnium rerum, cum infinita potestate, cum innumerabili pecunia, non solum aliis in locis vagari, verum etiam ad ipsius exercitum peruenire, aliquid illi insidiarum fieri, aliquid de eius exercitu, copiis, gloria, detrahi posse, putant, si quam spem in Cn. Pompeio exercitus habeat, aut agrorum, aut aliorum commodorum, hanc non habiturum, cum viderit earum rerum omnium potestatem ad Decemuiros esse translatam. Patior non moleste tam stultos esse, quam haec sperent: tam impudentes, quam conentur, illud queror, tam me ab iis esse contemptum, vt haec portenta me Consule potissimum cogitarerent. Atque in omnibus his agris, aedificiisque vendendis permittit decemuiris vt vendant quibuscumque in locis videantur. O perturbatam rationem. O libidinem refrenandam. O consilia dissoluta, atque perditam. vectigalia locare nusquam licet, nisi in hac urbe, hoc ex loco, hac vestrum frequentia. venire vestras res proprias, & in perpetuum a vobis alienari, in Paphlagoniae tenebris atque in Cappadociae solitudine licebit. L. Sylla cum bona indemnatorum civium funesta illa auctione sua venderet, & se praedam suam diceret vendere, tamen ex hoc loco vendidit: nec quorum oculos offendeat, eorum ipsorum conspectum fugere ausus est. Decemuiri vestra vectigalia non modo ne vobis quidem arbitris, sed ne praecone quidem publico teste vendent. Sequitur omnes agros extra Italiam infinito ex tempore: non, vt antea, ab Sylla, & Pompeio consilio, cognitio decemuirum, priuatus sit an publicus: sicque agro pergrade vectigal imponitur. Hoc quantum iudicium, quam intolerandum, quam regium sit, quem praeterit: posse quibuscumque locis velint, nulla disceptatione, nullo consilio, priuata publicare, publica liberare. Excipit hoc capite ager in Sicilia Recentoricus: quem ego excipio, & propter hominum necessitudinem, & propter equitatem Quirites, sepe vehementer gaudeo. Sed quae haec impudencia: qui agrum Recentoricum possidet, vetustate possessionis se, non iure, misericordia Senatus non agrum conditione defendunt. nam illum agrum publicum esse fatentur, sed moueri possessionibus, amicissimis sedibus, ac diis penetibus negant oportere. At si est priuatus ager Recentoricus, quod eum excipit: si autem publicus, qui est ista aequitas: ceteros, etiam si priuati sint, promittere vt publici iudicentur, hunc excipere nominatim qui publicus esse fateatur. Ergo eorum ager excipitur, qui apud Rullum alia ratione valuerunt. ceteri agri omnes, qui ubique sunt, sine villo delectu, sine populi Romani notione, sine iudicio Senatus, decemuiris addicentur. Atque etiam est alia superiore capite, quo omnia veniunt, quaestiuosa exceptio: quae teget eos agros, de quibus foedere cautum est. Audiuit hanc rem non a me, sed ab aliis agitari saepe in Senatu, nonnunquam ex hoc loco, possidere agros in ora maritima regem Hyemphalem, quos P. Africanus populo Romano adiudicari: & tamen postea per C. Cottam, Consulem, cautum esse foedere, hoc quia vos foedus non iusseritis, veretur Hyemphal vt satis sit mum sit, & ratum. Quid, cuiusmodi est illud: tollitur vestrum iudicium, foedus totum excipit, comprobatur, quod minuit auctorem Decemuiralem, laudo: quod regi amico cauet, non reprehendo: quod non gratis sit, indico. volitat enim ante oculos istorum Iubae regis filius adolescens non minus bene nummatus, quam bene capillatus. Vix iam videtur locus esse, qui tantos acervos pecuniae capiat. auget, addit, accumulatur: aurum, argentum ex praedam, ex manubiis, ex coronariis, ad quos cumque peruenit, neque relatam est in publicum, neque in monumento consumptam, id praefiteri apud decemuiros, & ad eos referre iubet, hoc capite etiam quaestionem de clarissimis viris, qui Populi Romani bella gesserunt, iudiciumque de pecuniis repetundis ad Decemuiros translatum videtis. horum erit nullum iudicium, quante cuiusque manubiae fuerint, quod relatam, quod residuum sit. in posterum vero lex haec imperatoribus vestris constituit, vt quicumque de puincia decesserit, apud eosdem Decemuiros, quantum habeat praedae, manubiarum, auri coronarii, profiteatur. Hic tamen vir optimus, eum quem amat, excipit, Cn. Pompeium. vnde iste amor tam improuisus, ac tam repentinus: qui honore decemuiratus excludit prope nominatim: cuius iudicium, legumque datio, captorum agrorum ipsius virtute cognitio tollitur: cuius non in puincia, sed in ipsa castra decemuirum cum imperio, infinita pecunia, maxima potestate, & iudicio rerum omnium mittunt: cui ius imperatorum, quod semper omnibus imperatoribus est conseruatum, soli eripitur: is excipit vnus ne manubias referre debeat. vtrum tandem hoc capite, honos haberi hominum, an inuidiam quiri videt? Remittit hoc Rullo, Cn. Pompeius: beneficium isto legis, benignitate decemuirali nihil vult. nam si est aequum praedam ac manubias suas imperatores, non in monimenta deorum immortalium, neque in vrbis ornamenta conferre, sed ad decemuiros, tamquam ad dominos reportare, nihil sibi appetit praecipue Pompeius, nihil: vult se in communi, atque in eodem quo ceteri, iure versari, sin est iniquum Quirites, si turpe, si intolerandum, hos decem

Veretur
vt satis.

*

Nummatus
bene.

Aurum coro
narium.

De l
uiros portio
homines, sed
petum, sed m
sit, vt goga y
diutius in
vectigalibus
xerit, ita rem
pecunia Qui
deniq; potre
peratoru, qu
potestare rer
stus, vt intell
men esse qua
asperius Qui
uiros sperar
tem pmittent
stis cogitar
scinos, Calat
tia pauperta
publicis, pri
nemini est, y
q; agros ve
sua volunt
his hoibus
ad habendu
mum sit, ne
emanit agri
deductos: h
emendi &
dignitate P
nolo susp
Setinus, P
alia porta
bes tanta
ceruare pe
interfit sua
nio ingt Ira
aliove dedu
possit arari
auctiois: in
ipstui vin
lu ra exile,
colarum cu
to, hoc quo
cunia, & gi
Agrarie: ne
ti optima c
tio legis Ag
medicat. l
exclimatis
vendere e
line: Qui
ban, mer
bunur,

De leg. Agraria contra Rul. Fo. CXX.

uiros portitores oibus omniu pecuniis constitui: qui non modo reges, atque exterarum nationum homines, sed etiam imperatores nostros excutiant: non mihi videtur honoris causa, excipere Populium, sed metuere, ne ille eandem contumeliam, quam ceteri, ferre non possit: Populius autem hoc ait, ut quicquid vobis placeat, sibi ferendum putet: quod vos ferre non poteritis, id profecto perficiat, ne diutius inuiti ferre cogamini. Verumtamen cauere, ut si qua pecunia, post nos Consules, ex nouis vectigalibus recipiat, ea decipi utantur. noua porro vectigalia videt ea fore, quae Populius adiuturum xerit, ita remissis manubiis, vectigalibus eius virtute partis, se frui putat oportere. Parta sit pecunia Quir. decipi tanta, quanta sit in terris: nihil premissum, sed omnes urbes, agri, regna denique, postremo etiam vectigalia vestra venierint: accesserint in cumulum manubiarum vestrorum imperatorum, quante, & quae immanes diuitiarum decipi in tantis auctionibus, tot iudiciis, tam infinita potestate rerum omnium querant, videtis. cognoscite nunc alios immesos, atque intolerabiles quas stus, ut intelligatis ad certorum hominum importunam avaritiam hoc populare legis Agrariae nomen esse quasitum. haec pecunia iubet agros emi, quo deducamini. Non consueui homines appellare asperius Quir. nisi laceat: velim fieri posset, ut a me sine contumelia nominarentur, quod se decem uiros sperant futuros: iam videretis quibus hominibus omnium rerum & vendendarum & emendarum potestatem committeretis, sed quod ego nondum statuo mihi esse dicendum, vos tamen id potestis cum animis vestris cogitare, vnum hoc certe videor mihi, verissime posse dicere. tum cum haberet haec Respublica Lucios, Calpurnios, Acidinos homines non solum honoribus populi, rebusque gestis, verum etiam patientia paupertatis ornatos: & tum, cum erant Catones, Philippi, Laelii, quorum sapientiam, temperantiamque in publicis, priuatisque, forensibus, domesticisque rebus praesereratis: tamen huiusmodi res commissa nemini est, ut idem iudicaret, & venderet, & hoc faceret per quinquennium toto in orbe terrarum: idemque agros vectigalis Populi Romani abalienaret: & cum summam tantae pecuniae nullo teste sibi ipse ex sua voluntate fecisset, tum denique emeret a quibus vellet, quod videret. Committite vos nunc Quir. his hominibus haec omnia, quos odorari hunc decipiarum suspicamini, reperietis partem esse eorum, quibus ad habendum, partem quibus ad consumendum, nihil satis esse videat. Hic ego iam illud quod expeditissimum sit, ne disputo quidem Quirites, non esse haec vobis a maioribus relicta consuetudinem, ut emanent agri a priuatis, quo plebs publice deducatur: omnibus legibus, agris publicis priuatos esse deductos: huiusmodi me aliquid ab hoc horrido, ac truce Tribuno Plebis, expectasse: hanc vero emendi & vendendi quatuordecim ac turpissimam mercaturam, alienam actione Tribunitia, alienam dignitate Populi Romani semper putavi. Libet agros emi, primum quod quos agros: & quibus in locis: nolo suspensam & incertam Plebem Romam, obscura spe & caeca expectatione perdere. Albanus ager est, Setinus, Priuernas, Fundanus, Vestinus, Falernus, Linternus, Cumanus, Casinas. audio. Ab alia porta, Capenas, Faliscus, Sabinus ager, Reatinus, Venafranus, Alifanus, Trebulanus. habes tantam pecuniam, qua hosce omnes agros, & ceteros horum similis non modo emere, verum etiam coacervare possis. cur eos non definis, neque nominas: ut saltem deliberare plebs Romana possit, quod intersit sua, quod expediat, quantum tibi in emendis, & in vendendis rebus committendum putet. Definio inquit Italiae, satis certa regio. etiam quantum interest utrum in Massici radices, an in Italiam aliove deducamini: Age vero definis locum, quidnam agri vero, inquit: quod arari, aut colere possit. qui possit arari inquit, aut colere, non quod aratus aut cultus sit. Utrum haec lex est, an tabula Veratiana auctionis: in qua scriptum fuisse aiunt: iugera CC. in quibus oliuetum fieri potest: iugera CCC. ubi institui vineae possunt. hoc tu emes ista innumerabili pecunia, quod arari aut colere possit: quod solum tam exile, & macrum est, quod aratro perstringi non possit: aut quod est tam asperum saxetum, in quo agri colarum cultus non elaborat: Idcirco, inquit, agros nominare non possum, quia tangam nullum ab inuito, hoc quoque multo est quatuordecim, quam si ab inuito sumeret. inietur enim ratio quatuordecim de vestra pecunia, & tum denique ager emet, cum idem expedierit emptori, & venditori. Sed videte vim legis Agrariae: ne si quidem, qui agros publicos possident, decedent de possessione, nisi erunt deducti optima conditione, & pecunia maxima. Conuersa ratio, antea, cum erat a Tribuno Plebis, merito legis Agrariae facta, continuo quod agros publicos, aut quod possessiones inuidiosas tenebant pertimescebant. haec lex eos homines fortunis locupletat, inuidiam liberat. Quod multos enim Quirites, existimatis esse, quod latitudinem possessionum tueri, quod inuidiam Syllanorum agrorum ferre non possint: quod vendere cupiant: emptorem non reperiant: perdere iam denique illos agros ratione aliqua velint: Qui paulo ante, diem, noctemque tribunitium nomen horrebant, vestram vim metuebant, mentionem legis Agrariae pertimescebant, iam nunc etiam ultro rogabuntur, atque orabuntur, ut agros partim publicos, partim plenos inuidiae, plenos periculi, quanti ipsi ve-

Cogitare
cum animis.

Mercatura.

Veratiana
auctio.
Oliuetum,
Saxetum.

Intus ca-
nit sibi.

Perferre
vnū strido
rem,
Induci.

Sipontina
siccitas.

Recordari
diligentiā.

Campanus
ager pul-
cherrimus

lint decemuiris tradat. atq; hoc carmen hic Tribunus Pl. nō vobis, sed sibi intus canit. ha-
bet focerū virū optimū, q̄ tantū agri in illis Reip. tenebris occupauit, quātū cōcupiuit. huic
subuenire vult succūbenti, iā oppresso Syllanis oneribus, graui sua lege, vt liceat illi inuidiā
deponere, pecuniā condere. & vos nō dubitatis, quin vectigalia vestra vendatis plurimo ma-
iorum vestrorum sanguine, & sudore quęsita: vt Syllanos possessores diuitiis augeatis, peri-
culo liberetis: Nā ad hanc emprionē decēuiralem duo genera agrorū spectant Quirites, eorū
vnū, ppter inuidiā domini fugiūt: alterū, ppter vastitatē. Syllanus ager a certis hoibus la-
tissime cōtinuatus tantā habet inuidiā, vt veri ac fortis Tribuni Pl. stridorē vnū perferre nō
possit. hic ager omnis, quoquo precio coemptus erit, tamen ingenti pecunia vobis inducet.
Alterū genus agrorū ppter sterilitatē incultū, ppter pestilentia vastū, atq; desertū, emet ab
iis, qui eos vidēt sibi esse, si nō vendiderint, relinquēdos. Et nimirū istud est, qd ab hoc Tribu-
no Pl. dictū est in Senatu, vrbana plebem nimirū in Rep. posse, exhauriendam esse. hoc em̄ est
vsus, quasi de aliqua sentina, ac nō de optimorū ciuiū genere loqueret. Vos vero Quirites,
si me audire vultis, retinete istā possessionē gratię, libertatis, suffragiorū, dignitatis, vrbis, fo-
ri, ludorū, festorū dierū, ceterorū omniū cōmodorū. nisi forte mauultis, relictis his rebus, at-
q; hac luce reip. in Sipontina siccitate, aut in Salpinorū pestilentię finibus Rullo duce col-
locari. At dicat quos agros empturus sit: ostendat, & qd, & qbus daturus sit. vt vero cū oēs
vrbes, agros, vectigalia, regna vendiderit, tū arenā aliquā, aut paludes emat, id vos potestis
quęso cōcedere: Quę illud est egregiū, qd hac lege ante oīa veneunt, ante pecuniā cogunt, &
coaceruantur, q̄ gleba vna emat. deinde emi iubet, ab inuito vetat. quęro, si, q̄ velint vendere
non fuerint, qd pecuniā fiet: & referre in arariū lex vetat, exigi phibet. igit pecuniā omnem
decēuiris tenebūt, vobis ager nō emet. vectigalibus abalienatis, fociis vexatis, regibus, atq; oī-
bus gētib⁹ exinanitis, illi pecunias habebūt, vos agros nō habebitis. Facile inquit adducetur
pecunię magnitudine, vt velint vendere. ergo ea lex est, qua nostra vēdamus, quātū possim⁹:
aliena emamus, quātū possessores velint. Atq; in hos agros, qui hac lege empti sint, colonias
ab iis decēuiris deduci iubet, quid: omnis ne locus eiusmodi est, vt nihil inter sit Reip. colo-
nia deducat in eum locū, nec ne: an est locus, q̄ coloniā postulet: est plane rectius & * Quo-
in genere, sicut in ceteris Reip. partibus, est operę precii diligentia maiorū recordari, qui co-
lonias sic idoneis in locis contra suspitionē periculi collocarūt, vt esse nō oppida Italiae, sed
propugnacula imperii viderentur. Hi deducunt colonias in eos agros, quos emerint. etiā ne
si Reip. non expediat: & in quę loca p̄terea vibebit: quid igitur est causę, quin coloniā in la-
niculum possint deducere: & suū p̄sidiū in capite, atq; ceruicibus vestris possint colloca-
re: tu non definias, quo colonias, in quę loca, quo numero colonorū deduci velis: tu occupes
locum, quē idoneū ad vim tuam iudicaris: compleas numero: cōfirmes p̄sidiū, quo velis:
Populi Ro. vectigalibus, atq; omnibus copiis ipsum Populū Ro. coerceas: opprimas: redigas
in istam decēuiralē ditionē, ac potestatē: Vt vero totā Italiā suis p̄sidiis obsidere, atq; oc-
cupare cogitet, quęso Quir. cognoscite. permittit decēuiris, vt in omnia municipia, in omnes
colonias totius Italię colonos deducāt, quos velint, iisq; colonis agrū dari iubet. Nū obscu-
re maiores opes, q̄ libertas vestra pati potest, & maiora p̄sidia quęrun⁹: nū obscure regnū
constituitur: nū obscure libertas vestra tollitur: nā cū iidē omnē pecuniā, maximā multitudi-
nem, id est totā Italiam suis opibus obsidebūt: iidē vestrā libertatē suis p̄sidiis, & coloniis in-
terclusam tenebūt: q̄ spes tandē: q̄ facultas recuperandę vestrę libertatis relinquēt: At em̄ ager
Campanus hac lege diuidet orbis terrę pulcherrimus: & Capuā colonia deducetur, vrbem
amplissimā, atq; ornatissimā. Atqui qd ad hęc possumus dicere: de cōmodo vestro prius di-
cā Quirites: deinde ad amplitudinē, & dignitatē reuertar. vt si quis agri aut oppidī bonitate
delectetur, ne quid expectet: si quē rei dignitas cōmouet, vt huic simulate largitioni resistat.
Ac primū de oppido dicā, si qs est forte, quē Capua magis, q̄ Roma delectat. Quinq; millia
colonorū Capuā scribi iubet. ad hūc numerum quingētos sibi singuli sument. Quęso nolite
vosmetipsos cōsolari, vere & diligenter cōsiderate. nū vobis, aut vestri similibus, integris, q̄-
tis, otiosis hominibus in hoc numero locū fore putatis: si est omnibus vobis, aut maiori ve-
strum partī: q̄q̄ me, vester honos vigilare dies, atq; noctes, & intentis oculis oīs Reip. partis
intueri iubet, tñ paulisp, si ita cōmodū vestrū fert, cōmouebor. sed si quinq; hoīm millibus
ad vim, facinus, cedēq; delectis, locus, atq; vrbs, q̄ bellū facere, atq; instruere possit, q̄rit: tñ ne
patiemini vestro nomine cōtra vos firmari opes: armari p̄sidia: vrbes, agros, copias, cōparari:

Pro leg. Agra. contra Kul. Fo. CXXI.

Nam agrū quidē Campanū, quē vobis ostentant, ipsi concupiuerūt: deducēt suos, quorū nomīne ipsi teneant, & fruantur, coemant: præterea ista dena iugera continuabūt. Nam si dicēt per legem id nō licere, ne per Corneliā quidē licet: at videmus (vt lōginqua mittamus) agrū Prænestinū a paucis possideri: neq; istorū pecuniis quicq; aliud deesse video, nisi eiusmodi fundos, quorū subsidio familiarū magnitudines, & Cumanorū, ac Puteolanorū prædiorum sumptus sustentare possint. Qd si vestrū cōmodū spectat, veniat, & coram mecum de agri Cāpani diuisione disputet. Quæsiui ex eo Cal. Ian. quibus hominibus, & quemadmodum illū agrum esset distributurus. respondit a Romilia Tribu se initium esse facturum. Primū quæ est ista superbia, & cōtumelia: vt populū pars amputetur, ordo tribuū negligatur: ante rusticis detur ager, qui habent, q̄ vrbānis, quibus ista agri spes, & iucunditas ostenditur. aut si hoc ab se dictum negat, & satisfacere omnibus vobis cogitat, proferat, in iugera dena describat, ab Otriculana vsq; ad Narniensem nomina vestra pponat. si nō modo dena iugera dari vobis, sed ne constipari quidem tantū numerū hominū posse in agrum Campanū intelligetis, tamē ne vestrari Rēpublicā, contemni maiestātē Populi Romani, deludi vosmetipsos diutius a Tribuno Pl. patiemini! Q; si posset ager iste ad vos peruenire, nōne eum tamē in patrimonio vestro remanere malletis: vnū ne fundum pulcherrimū Populi Ro. caput vestræ pecuniæ, pacis ornamentum, subsidium belli, fundamentū vectigaliū, horreum legionū, solatiū annonæ, disperire patiemini! An oblitū estis Italico bello amissis cæteris vectigalibus, quantos agri Campani fructibus exercitus alueritis! An ignoratis cætera illa magnifica Populi Ro. vectigalia, pleui sæpe momento fortunæ, inclinatione tēporis pendere: Quid nos Asiæ portus, quid Syriæ rura, quid omnia trās marina vectigalia iuuabunt, tenuissima suspitione prædonū, aut hostium iniecta: At vero hoc agri Campani vectigal, cum eiusmodi est, vt domi sit, & omnibus præsidis oppidorū tegatur: tum neq; bellis infestū, nec fructibus variū, nec cælo, ac loco calamitosum esse solet. Maiores nostri nō solū id qd a Cāpanis ceperant, nō imminuerūt, verū etiā qd & tenebant, quibus adimi iure nō poterat, coemerūt. Qua de causa nec duo Gracchi, qui de plebis Ro. cōmodis plurimū cogitauerūt: nec L. Sylla, qui omnia sine vlla religione, quibus voluit, est dilargitus, agrū Cāpanū attingere ausus est. Rullus extitit, qui ex ea possessione Rēp. dimoueret, ex qua nec Gracchorū benignitas eā, nec Syllæ dominatio deiecisset. Quē agrum nūc prætereuntes vestrū esse dicitis, & quē pariter qui iter faciūt, externi homines vestrū esse audiūt, is cū erit diuisus, neq; vestrū dicitur. At qui homines possidebūt: primo qd acres, ad vim prōpri, ad seditionē parati: qui simulac Decēuirū cōcrepuerint, armati in ciues, & expediti ad cēdē esse possint. deinde ad paucos opibus, & copiis affluentis totū agrū Cāpanū pferri videbitis. vobis interea, q̄ illas a maioribus pulcherrimas vectigaliū sedes armis captas accepistis, gleba nulla de paternis, atq; auitis possessionibus relinquatur: ac tātū intererit inter vestrā & priuatoꝝ diligentia, q̄ cū a maioribus vestrīs P. Lentulus, Princeps Senatus in ea loca missus esset, vt & priuatos agros, q̄ in publicū Campanū incurrebāt, pecunia publica coemeret, dicit renūciasse, nulla se pecunia fundū cuiusdā emere potuisse: etiā q̄ nollet videri, ideo negasse se adduci posse vt videret, q̄ cū plures fūdos haberet, ex illo solo fundo nūq; malū nūciū audisset. Ita ne vero! priuatū hac causa cōmouit! Populū Ro. ne agrū Campanū priuatis, gratis Rullo rogante tradat, nō cōmouebit! At qdē Populus Romanus de hoc vectigali potest dicere, qd ille de suo fundo dixisse dicit. Asia multos annos vobis fructum Mithridatico bello nō tulit, Hispaniarū vectigal tēporibus Sertorianis nullū fuit, Sicilia ciuitatibus bello fugitiuorū M. Attilius etiā mutuū frumentū dedit: at ex hoc vectigali nūq; malus nūciū auditus est. Cætera vectigalia belli facultatibus affligūtur, hoc vectigali etiā belli facultates sustentātur. Deinde in hac assignatione agroꝝ, ne illud qdē dici potest, qd in cæteris, agros desertos a plebe, atq; a cultura hominū liberoꝝ esse non oportere. Sic enim dico: si Cāpanus ager diuidatur, exturbari, & expelli plebem ex agris, non constitui, & collocari. Totus enim ager Campanus colitur, & possidetur a plebe optima, & modestissima. qd genus hominū optime moratum, optimorū & aratorū, & militum, ab hoc plebicola Tribuno Pl. funditus eicitur. atq; illi miseri nati in illis agris, & educati, glebis subigēdis exercitati, quo se subito conferant, non habebunt. his robustis, & valentibus, & audacibus Decēuirū satellitibus agri Campani possessio tota tradetur, & vt vos nūc de vestrīs maioribus p̄dicatis, hūc agrū nobis maiores nostri reliquerūt: sic vestri posterī de vobis p̄dicabunt, hunc agrum patres nostri ac ceptū a patribus suis perdidērūt. Equidē existimo, si iam Campus Martius diuidatur, & vni

Romilia
tribus.

Otriculana
tribus.
Narniensis.

Calamitosum.

Agricolæ
memorabile
exemplū.

Plebicolæ
Exercitati
subigēdis
glebis.

Oratio

cuique vestrum, ubi consistat, bini pedes assignentur: tamē promiscue toto, quā proprie, parua frui parte malletis. Quare etiā si ad vos esset singulos aliquid ex hoc agro perueturū, quod vobis ostēditur, aliis cōparat: tū honestius eū vos vniuersi, quā singuli possideretis. Nūc vero cū ad vos nihil pertineat, sed paretur aliis, eripiatur vobis, nōne acerrime tāquam armato hosti, sic huic legi pro vestris agris resistetis? Adiūgit Stellatē campū agro Campano, & in eo duodena describit in singulos hoīes iugera. quasi vero paulū differat ager Cāpanus, ac Stellatis. Et multitudo Quirites quiritur, qua illa oīa oppida cōpleatur. Nā dixi antea, lege pmitti, ut quae velint municipia, quas velint veteres colonias, colonis suis occupent. Calenū municipiū cōplebunt, Theanū oppriment: Atellam, Cumas, Neapolin, Pompeios, Nuceriā suis p̄fidis deuinent. Puteolos vero, quae nūc in sua potestate sunt, suo iure libertateque vtuntur, totos nouo populo, atque aduentitiis copiis occupabūt. Tūc illud exiliū Campanae coloniae vehementer hāc imperio timendū: Capua a Decemuiris inferetur: tūc contra hanc Romā cōmunē patriā omnium nostrū, illa altera Roma queretur. In id oppidū homines nefarii Remp. nostrā trāsferre conant, quo in oppido maiores vestri nullā omnino Remp. esse voluerūt: qui tres solū vrbes in terris omnibus Carthaginē, Corinthū, Capuā statuerūt posse imperii grauitatē ac nomen sustinere. Deleta Carthago est, quae cū hominū copiis, tum ipsa natura, ac loco succincta portibus, armata muris, excurrere ex Afrīca, imminere ita fructuosissimis insulis Populi Ro. videbat. Corinthi vestigiū vix relictū est. erat enim posita in angustiis, atque in faucibus Graeciae, sic ut terra claustra locorū teneret, & duo maria maxime nauigationi diuersa, pene coniūgeret, cū pertenui discrimine separaretur. Haeque procul erāt a conspectu imperii, nō solū affligerūt, sed etiā nequando recreata exurgere, atque erigere se possent, funditus ut dixi, sustulerunt. De Capua multū est, & diu consultū. extant literae Quirites publicae, sunt senatusconsulta complura. Statuerūt homines sapientes: si agrū Campanis ademissent: magistratus, Senatū, publicū cū ex illa vrbe cōsiliū sustulissent, imaginē Reip. nullā reliquissent: nihil fore quod Capuā timeamus. Itaque hoc p̄scriptū in monumētis veteribus reperietis, ut esset vrbs, quae res eas, quibus ager Cāpanus coleret, suppeditare posset: ut esset locus cōparadis, cōdēdisque fructibus: ut aratores cultu agroque defessi, vrbs domiciliis vterent: idcirco illa aedificia non esse deleta. Vide te quātū interuallū sit interiectū, inter maiorū nostrorū consilia, & inter istorū hominū dementiā. Illi Capuā receptaculū aratorū, nundinas rusticorū, cellā atque horreū Cāpani agri esse voluerūt. Hi expulsis aratoribus, effusis, ac dissipatis fructibus vestris, eandē Capuā sedē nouae Reip. constituūt, molem cōtra veterē Remp. cōparāt. Quae si maiores nostri existimassent, quaequē in tam illustri imperio, & tam p̄clara Populi Ro. disciplina, Brutū aut P. Rullū simile futurū, (hos enim nos duos adhuc videmus, qui hanc Remp. Capuā totā transferre vellent) profecto nomen illius vrbs non reliquissent. Verū arbitrabatur Corintho, & Carthagini, etiam si Senatū & magistratū sustulissent, agrūque ciuibus ademissent, tamē nō defore, qui illa restituerent, atque qui ante omnia cōmutarent, quā nos audire possemus. hic vero in oculis S. P. Q. R. nihil posse existere, quod nō ante extingui, atque opprimi posset, quā plane exortū, ac natū esset. Neque vero ea res sefellit homines diuina mēte, & cōsilio p̄ditos. nā post Q. Fuluiū, Q. Fabium Consil. quibus Cōsulis Capua deuicta, atque capta est, nihil est in ea vrbe cōtra hanc Remp. non dico factū, sed nihil omnino excogitatū. Multa postea bella gesta cū Regibus, Philippo, Antiocho, Persa, Pseudophilippo, Aristonico, Mithridate, & ceteris. multa p̄terea bella grauiā Carthaginensium, Corinthiū, Numantinū, multae in hac Rep. seditiones domesticae, quas p̄termitto, bella cū sociis, Fregellanū, Marsicū: quibus omnibus domesticis, externisque bellis Capua nō modo nō obfuit, sed opportunissimā se nobis p̄buit, & ad bellū instruendū, & ad exercitus ornandos, & rectis, ac sedibus suis recipiēdos. hoīes nō inerant in vrbe, quae malis cōcionibus, turbulentis Senatuscōsultis, iniquis imperiis Rēp. miscerēt, & rerū nouarum causam aliam quā quererēt. Neque enim cōcionādī potestas erat cuiquam, nec cōsiliū capiūdī publici, non glorię cupiditate efferebant: propterea quod ubi honos publice nō est, ibi glorię cupiditas esse nō potest. nō cōtentione, nō ambitione discordes. nihil enim superat, de quo certaret, nihil quod cōtra peterēt, nihil ubi dissiderēt. Itaque illā Cāpanā arrogantiam, atque intolerandā ferociā, ratione, & consilio maiores nostri ad inertissimū, & desidiosissimū otium pduxerūt. sic & crudelitatis infamiā effugerūt, quod vrbe ex Italia pulcherrimā nō sustulerūt: & multū in posterū prouiderunt, quod neruis vrbs omnibus exectis, vrbe ipsam solutā, ac debilitatā reliquerunt. Haeque consilia maiorū M. Bruto, ut antea dixi, reprehēdenda, & P. Rullo visa sunt. neque te P. Rulle omnia illa M. Bruti,

Tres vrbes imperiales.

Interuallū.

Existete.

Campana arrogātia.

Pro leg. Agra. contra Rul. Fo. CXXII.

atq; auspicia a simili furore deterrēt. nā & ipse qui deduxit, & qui magistratū Capua & Leo
 creanti & ceperūt, & qui aliquā partē illius deductionis, honoris, muneris attigerūt, oēs acer-
 bissimas impiorū pœnas pertulerūt. Et quoniā Bruti, atq; illius tēporis feci mentionē, cōme-
 morabo id qđ egomet vidi, cū venissem Capuā, coloniā deductā L. Confidio, & Sex. Saltio
 (quēadmodū ipsi loquebātur) Prætoribus, vt intelligatis quātā locus ipse afferat superbiam,
 quē paucis diebus, quibus illo coloniā deducta fuit, perspici atq; itelligi potuit. Nā primū id
 qđ dixi, qđ cæteris in coloniis Duūuiri appellētur: hi se, Prætores appellari volebant. Quibus
 primus annus, hanc cupiditatē attulisset: nonne arbitramini paucis annis fuisse consulū no-
 men appetituros? Deinde anteibant lictores, nō cum bacillis, sed vt hic Prætorib⁹ anteeunt,
 cū fascibus duobus. erant hostiæ maiores in foro cōstitutę, quæ ab his Prætoribus de tribu
 nali, sicut a nobis consulibus de consilii sentētia probatis, ad præconem & ad tibicinē immola-
 bātur. deinde patres cōscripi vocabant. Iā vero vultū Cōfidii videre ferēdū vix erat: quē ho-
 minē vt grandī macie torridū Romæ, cōtēptū, abiectū videbam⁹, hūc Capuę Cāpano p̄sidio,
 ac regio sp̄ritu cū videremus, Blossios mihi videbar illos videre, ac Iubellios. Iā vero qđ me-
 tus erat tunicatorū illoꝝ: & in Albana, & Seplasia, quæ cōcurratio percontatiū, quid Prætor
 edixisset: vbi cœnaret: quid enūciasset? Nos autē, hinc Roma qđ veneramus, iā nō hospites, sed
 peregrini, atq; aduenę nominabamur. Hęc qđ prospexerint, maiores nostros dico Quirites, nō
 eos in deorū immortalū numero, venerādos a nobis & colēdos putatis: Quid enim viderūt?
 hoc qđ nūc vos quęso perspicite atq; cognoscite. nō ingenerant hoibus mores tā a stirpe ge-
 neris, ac seminis, qđ ex his reb⁹, qđ ab ipsa natura bonis & a vitę cōsuetudine suppeditat⁹, qđ
 alimur, & viuimus. Carthaginēses fraudulentī, & mēdaces, nō genere, sed natura loci, qđ pro-
 pter portus suos multis & variis mercatorū sermonibus, ad studiū fallendī, studio quęstus vo-
 cabātur. Ligures montani, duri, atq; agrestes: docuit ager ipse, nihil ferēdo, nisi multa cultu-
 ra, & magno labore qđsitū. Campani semp̄ superbi bonitate agroꝝ, & fructuū magnitudine, vt
 bis salubritate, descriptione, pulchritudine. Ex hac copia, atq; omniū rerū affluentia, primū
 illa nata sunt: arrogantia, quæ a maioribus nostris alterū Capua cōsulē postulauit. deinde ea
 luxurię, quæ ipm̄ Annibalem armis etiā tū inuictū, voluptate vicit. Huc isti Decemviri cū
 numerū colonorū ex lege Rulli deduxerint, centū Decuriones, decē Augures, sex Pōtiffes cō-
 stituerint, quos illoꝝ animos, quos impetus, quā ferociā fore putatis? Romā i mōribus positā,
 & cōuallibus, cœnaculis sublatā, atq; suspēsam, nō optimis viis, angustissimis semitis, præ sua
 Capua planissimo i loco explicata, ac p̄ illis semitis irridebūt, atq; cōtemnēt. Agros vero Va-
 ticanū & Pupiniam cū suis optimis, atq; vberibus campis cōferēdos scilicet nō putabūt. opa-
 pidorū autē finitimoꝝ illā copiā cū hac p̄ risum, ac p̄ iocum cōtemnēt: Labicos, Fidenas, Col-
 latiam, ipsum hercle Lanuuiū, Ariciam, Tusculum, cum Calibus, Theano, Neapoli, Puteolis,
 Cumis, Pōpeiis, Nuceria cōparabūt. Quibus illi rebus elati, & inflati fortasse nō cōtinuo, sed
 certe, si paulum assumpserint vetustatis, ac roboris, non continebuntur, progredientur lon-
 gius, efferentur. Singularis homo priuatus, nisi magna sapientia præditus, vix facile sese re-
 gionibus officiū, magnis in fortunis, & copiis t̄ cōtinet. nedū isti ab Rullo, & Rulli similibus
 cōquisiti, atq; electi coloni, Capuę, in domicilio superbiæ, atq; in sedibus luxurię collocati, nō
 statim cōquisituri sint aliquid sceleris, & flagitii: immo vero etiā hoc magis, qđ illi veteres,
 germaniq; Cāpani, qđ in vetere fortuna illos natos, & educatos, nimic tñ rerum omniū copie
 deprauabāt. hi ex summa egestate, in eandē rerū abūdantiā traducti, nō solū copia, verū etiā
 insolētia cōmouebūtur. Hęc tu P. Rulle M. Bruti sceleris vestigia, qđ monimēta maiorū sapiē-
 tiæ sequi maluisti. hęc tu cū istis tuis actoribus excogitasti, vt vetera vectigalia ea expleretis
 nouo & Vrbī ad certamen dignitatis opponere vis: vt sub vestrū ius, iurisdictionem, potesta-
 tem, vrbes, nationes, prouincias, liberos populos, reges, terrarum deniq; orbem subiungere
 tis: vt cum omnem pecuniam ex ærario exhaustissetis, ex vectigalibus redegetissetis, ab omnib⁹
 Regibus, gentibus, Imperatoribus nostris coegissetis, tamen omnes vobis pecunias ad nutum
 vestrū penderent: vt iidem partim inuidiosos agros a Syllanis possessoribus, partim desertos
 ac pestilentes, a vestris necessariis, a vobismetipsis emptos, quanti velleris Populo Ro. inducere
 retis: vt omnia municipia, coloniasq; Italiæ, nouis colonis occuparetis: vt qbuscūq; i locis vo-
 bis videret, ac qđ multis videret, colonias collocaretis: vt oēm Rēp. vestris militibus, vestris vr-
 bibus, vestris p̄sidiis cingeretis, atq; oppressam teneretis: vt ipsum Cn. Pōpeiu, cuius p̄sidio sæ-
 pissime Rēp. cōtra acerrimos hostes, & cōtra improbissimos ciues victorē atq; horū conspectu

Ad tibicia
 nē immola-
 bantur.
 Blossii ac
 Iubellii.
 Tunicati.

Ingenerati
 Carthagi-
 nensiu na-
 tura.
 Ligurum.
 Capanorū.

Cœnacula.

†continet.
 Capua do-
 miciliū su-
 perbiæ.

Subiungere

Inducere

Oratio

priuare possitis: vt nihil auro, & argento violari, nihil numero, & suffragiis declarari, nihil velata * manu perfringi posset, qd non vos oppressum, atq; ereptum teneretis: vt volitaretis in terea per gentis, p regna omnia cum imperio summo, cum iudicio infinito, cum omni pecunia: vt veniteris in castra Cn. Pompeii, atq; ipsa castra, si comodum vobis esset, venderetis: vt interea magistratus reliquos legibus omnibus soluti, sine metu iudiciorum, sine periculo petere possitis: vt nemo ad Populum Romanum vos adducere, nemo producere, non in Senatum cogere, non Consul coercere, non Tribunus Plebis retinere possit. Hec ego vos concupisse pro vestra stultitia, atq; intemperantia non miror: sperasse me consule assequi posse, demiror. Nam cum omnium Consulum grauis in Republica custodienda cura, ac diligentia debet esse, tum eorum maxime, qui non in cunabulis, sed in campo sunt Consules facti, nulli Populo Romano pro me maiores mei sponderunt: mihi creditum est: a me petere quod debeo, me ipsum appellare debetis. Quoadmodum cum petebam, nulli me vobis auctores generis mei commendarunt: sic si quod deliquero, nullae sunt imagines, quae me a vobis deprecetur. Quare modo vt vita suppetat, quam ego sum is qui ab istorum scelere, insidiisque defendere, polliceor hoc vobis Quiribus, bonae fidei Reipublicae, vigilantium hominum, non timido, diligenti commisit. Ego is Consul qui concione metuam: qui Tribunos Plebis perhorrescam: qui saepe & sine causa tumultuerim: qui timeam ne mihi in carcere habitandum sit, si Tribunus Plebis duci iussisset: ego cum vestris armis armatus, insignibusque amplissimis ornatus, imperio, auctoritate, non horreo in hunc locum progredi posse, vobisque auctoribus improbitati hominis resistere, nec vereor ne Respublica tantis munita praesidiis abistis vinci aut opprimi possit. Si antea timuissem, tamen hac concione, hoc populo certe non vererer. Quis enim vnquam tanta secunda concione legem Agrariam suavit, quam ego dissuasi: si hoc dissuadere est, ac non disturbare, ac perterere. Ex quo intelligi Quiribus potest, nihil esse tam populare, quam id quod ego vobis in hunc annum Consul popularis affero, pacem, tranquillitatem, otium. quae nobis designatis timebatis, ea ne accidere possent, consilio meo, ac ratione prouisa sunt. non modo vos eritis in otio, qui semper esse volueratis, verum etiam istos, quibus otiosi otium fecissemus, otiosissimos reddam. Etenim illis honores, potestates, diuitiae, ex tumultu, atque ex dissensionibus civium comparari solent. vos quoque gratia in suffragiis consistit, libertas in legibus, honos in iudiciis, & aequitate, magnos timores familiares in pace, omni ratione otium tenere debetis. Nam et si quis propter desidiam in otio viuunt, tamen in sua turpi inertia capiunt voluptatem: sub ipso otio quo vos fortunam regitis, si hunc statum quem habetis esse non ignorauimus, an quisquam, sed vita partem otium tenueritis. Quod ego & concordia quam mihi constitui cum Collega inuitissimis iis hominibus quos vos in Consilio inimici esse & corporis & actibus prouidi omnibus prospexi sane reuocaui. idem Tribuno Plebis denunciaui quid turbulenti me Consule constaret. Summum & firmissimum est illud communibus fortunis praesidium Quirites, vt quales vos hodierna die maxima concione mihi pro salute vestra praebueritis, tales reliquis temporibus Populi Romani praebentis. pro certo polliceor hoc vobis, atque confirmo, me esse perfecturum, vt iam tandem illi, qui honori inuiderunt meo, tamen vos vniuersos in consule deligendo plurimum vidisse fateantur.

DE LEGE AGRARIA CONTRA RVLLVM TR. PLAD POPVLVM. ORATIO. XVII.



OMMODIVS Fecissent Tribuni Plebis Quirites, si quae apud vos de me deferunt, ea coram potius me praesente dixissent. nam & aequitatem vestrae disceptationis, & consuetudinem superiorum, & ius suae potestatis retinissent. Sed quoniam adhuc praesens certamen, contentioneque fugerunt, nunc, si videtur eis, in meam concionem prodeant, & quo prouocati a me, venire noluerunt, reuocati saltem reuertantur. Video quosdam Quirites strepitu significare nescio quid: & non eosdem vultus, quos proxima mea concione praebuerunt, in hanc concionem mihi retulisse. Quare a vobis, qui nihil de me credidistis, vt eam voluntatem, quam semper habuistis erga me, retineatis peto. A vobis autem quos leuiter immutatos esse sentio, paruum exigui temporis usuram bonae de me opinionis postulo, vt ea si quae dixerim, vobis praebam, perpetuo retineatis. Sin aliter, hoc ipso in loco deposita, atque abiecta relinquitis. Copleti sunt animi auresque vestrae Quiribus, me gratificante Septem tyrannis, ceterisque Syllanarum assignationum possessoribus, Agrariae legi, & commodis vestris obistere. haec si qui crediderunt, illud prius crediderunt necesse est: hac lege Agraria, quam promulgata sit, adimi Syllanos agros, vobisque diuidi: aut denique minui priuatoque possessiones, vt in

Deferari.

Secunda concione.

Deferunt de me apud vos.

Usura parua exigui temporis.